

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.U.D. &  
Prof. Ad Exequias, Quas Honestissimae Matronae Catharinae Laurembergiae,  
Matri suae desideratissimae Filii Superstites parabunt Omnes & singulos  
Academiae Cive soffiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013601>

Druck    Freier  Zugang



Rahne, H.

in

C. Lauremberg.


Rostock, 1651.

*uxor E. Lubinus.*

42







PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**HENRICVS RAHNE,**  
J. U. D. & Prof.  
*Ad Exequias*  
Quas  
Honestissimæ Matronæ  
**CATHARINÆ**  
**LAUREMBERGIÆ,**  
Matri suæ desideratissimæ  
**FILII SUPERSTITES**

parabunt

*Amnes & singulos Academia  
Cives officiè invitati.*

• 6(0) 9 •



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. LI.





St quidem nihil hac  
luce jucundius in rebus  
humanis: quocirca ejus  
caussâ nihil non facere  
homines ac pati solent.  
Sed quotusquisq; tamen  
eam retinere cupiat, cui  
perpetuò congreendiendum  
cum doloribus, & nulla hora propemodum sine  
molestia insigni transigenda sit.

Tē ζῆν ἡ λυπήσει, καὶ οὐδὲν ἐστὶ καταταῦν.

*Melius est mori, quam calamitosè vivere.*

Illos profectò longè stultissimos pariter & igna-  
vissimos arbitror, qui malint vel maximis ma-  
lis affligi, quam semel de vita decedere. Qua-  
lis illa Iphigenia Tragica est, cui despere vide-  
tur, qui velit mori: quæque multo potius ex-  
istimat, pessimè vivere, quam bene mori. Prä-  
cipue verò senibus voluptas quædam mors est,  
tanquam remedium quoddam eorum malo-  
rum, quæ secum fert senectus, vitæ hyems.

A 2

Quo-

Quocirca Gorgias Orator jam senex interrogatus, ecquid libens moreretur? μάλιστε εἶπεν, ὡς περ τὸ ίερόν τοῦ πέντε θεοῦ δικαιοσύνης αὐτοῦ πατέρας. maximè, inquit. Nam ut ex putri & diffidente domuncula, non invitus abeo. Itaque bene actum cum CATHARINA nostra est: quæ moriendo id consecuta, ut simul & vitæ & molestiarum omnium inveniret finem. Quid enim vita in his terris nostra aliud est, quam vallis confusionis, carcer afflictionis, perpetua & ab exilio non differens peregrinatio, periculosa navigatio, mala mansio? quid contra mors, nisi, ut Hugo ait, acceleratio glorificationis, diruptio carceris, finis peregrinationis, portus navigationis: &, ut sapienter olim Brachmanes & Gymnosophistæ statuerunt, æternæ vitæ natalis? Nata est Nostra anno supra millesimum sexcentesimum octogesimo septimo, die XXIII. Novembr. Patrem habuit clarissimum atque experientissimum Dn. GUILIELMUM LAUREMBERGIUM, Philosoph. & Med. D. ac Professorem hujus Academiæ, excellentissimum Medicum celeberrimum; matrem JOANNAM LONGOLIAM, nobilem Ultrajectensem Batavam, JOANNIS & HISBERTI LONGOLIORUM fratrum litteratissimo-

mo-

morum & clarissimorum neptem. In Parentum  
sinu pie casteque succrevit, & illam adolescen-  
tium virtutum stirpem assiduo cultu fovit aluit-  
que. Laboribus domesticis tenera adhuc ad-  
suevit. Anno clo Ioc IV. d. XXII. Octobr.  
viro Reverendo, excellentissimo & clarissimo  
Dno. EILHARDO LUBINO, Philosoph.  
& S. Theol. Doctori, hujus nostræ Universitatis  
primo Poësios, post Theologiae Professori pub-  
lico nupsit. Cujus viri laudes si quis breviter  
saltem & levi quasi brachio, summisque labiis  
enarrare instituerit, dies hic illum deficeret,  
prius, quam ad umbilicum rem illam perduce-  
ret; proinde silentio eas propter materiæ uber-  
tatem, laborum ipsius granditatem, studiorum  
assiduitatem, & de quolibet honesto ac erudito  
bene merendi studium, promptitudinem ac bene-  
volentiam involvere cogor. Ipsi enim novistis,  
quam præclara ipsius scripta & divina ingenii mo-  
numenta, oniniique æternitate dignissimæ lucu-  
brationes nomen ejus ad astra usq; evexerint, &  
ad utruq; mundi latus perpetuitatis clavo affixe-  
rint. O dulcem igitur LUBINI nostri memoriam!  
O nomen Ejus perpetuâ recordatione dignam! O  
felicem ipsum atque beatum. Edidit Ei Nostra  
liberos decem septem filios & tres filias, de quib⁹  
filii duo superant, cæteri jam olim fatis suis functi

decesserunt. Quamdiu Marito suo convixit,  
usa est fortunā satis secundā & favorabili; at  
ubi vidua in miserabilium personarum ordinem  
transcripta fuit, variis exercita est miseriis, va-  
riisque calamitatibus colluctata vehementer est.  
Nam ut verè Deidamia Accchillis vidua conque-  
ritur: Non miserius quicquam est ac infirmius,  
quam vidua in ædibus mulier. Per se imbecilla-  
res est fœmina, ait Quintilianus, & afferit in-  
firmitati naturali non leve pondus, quod vidua  
est. Huic etiam proprium illud accedit, quod in  
solitudinem conversa sunt, quæ præsidia fuerunt.  
His curarū & ærumnarū fluctibus agitata est No-  
stra haec tenus, donec ex supremi Numinis decre-  
to & suo ipsius voto esset exsolvenda. Cum igitur  
ante septimanas sex secius habere & lecto affigi  
cœpisset, tandem post toleratum quasi bimestrem  
morbū (quo durante SS. cœnæ Dominicæ viatico  
avidissimè perfruta est, dispensatōre Reverendo  
& Clarissimio DN. Superattendente Nostro) vitæ  
suæ drama optatissimâ piissimaq; catastrophe  
conclusit, animamq; inter preces assiduas arden-  
tissimasq;, sine ullo mortis sensu, exhalavit, Deo  
quæ creatori suo reddidit, cum jam annum ætatis  
ageret leptuagesimum, qui humanæ Soloni vitæ  
terminus dicitur. Ita verè defecit in dolore vita ejus;

Eanni

**E** anni Ejus in gemitibus. Quemadmodum autem ea, quæ diurnis agitamus curis, nocturnis recur- rere solent temporibus, ita etiam illa, quibus in in vita assuevimus, in morte delectant. Hoc de Nostra piè defuncta verissimè dici potest. Illa enim uti Christum in vita dilexit, ita etiam in ipso mortis articulo hunc suum Conservatorem & Redemptorem in memoria tenuit, & placidè ob- dormivit in illo ipso, quem in tota vita omnium actionum suarum ductorem habuit. Votum enim illud Tarsensis Apostoli, ipsius quoq; fuit: mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Bene autem moritur, qui in C H R I S T O moritur, cuius quidem aspectu nunc Illa tota fruitur, id morte suâ lucrata, ut peccatis, quæ à Deo nos distermi- nant, nullam partem amplius obnoxia, sed à morte in vitâ transgressa, proprius illum tueatur, & triumphanti Electorum Ecclesiæ novum & gratissimum membrum accesserit. Mors Sancto- rum pretiosa est in conspectu D E I, non solum ob memoriam æternam quam Justo largitur, cùm è contrario succidat de terra memoriam malignorum; sed vel in primis, ob inæstimabile pretium redemptionis nostræ, quod CHRISTUS non auro vel argento, sed sanguine & cruentâ morte suâ pro nobis exsolvit, ut per eam ulti- mum

mum hostem, mortem scilicet, & eum, penes  
quem est mortis robur, hoc est, Diabolum abole-  
ret, & liberos redderet, quotquot metu mortis  
per omnem vitam damnates erant servitutis,

Cum itaq; hodie ad dimidium primæ postea  
Christiano ritu sepelienda sit, Vestrum erit, C I-  
V E S litterarij, decrepitæ & piè defunctæ ma-  
tronæ funus frequenter deducere & comitari.  
Dabitis hoc LAUREMBERGIANÆ fa-  
miliæ Splendidissimæ clarissimæq;;, dabitis viri  
summi EILHARDI LUBINI, *vñ maxæcīs*, Ma-  
nibus & meritis. Id ut prolixè faciatis, monemus  
summopere omnes & adhortamur. P.P.ad XXI.  
Septembr. anno recuperatæ gratiæ  
clo loc LI,

Conventus fiet in æde B. Jacobo sacra.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn773013601/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013601/phys_0013)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn773013601/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013601/phys_0014)

**DFG**






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn773013601/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013601/phys_0016)

**DFG**

morum & clarissimorum nepte  
sinu pie casteque succrevit, &  
tium virtutum stirpem assiduo  
que, Laboribus domesticis t  
suevit. Anno clo Ioc IV. d.  
viro Reverendo, excellentissim  
Dno. EILHARDO LUBIN  
& S. Theol. Doctori, hujus nost  
primo Poësios, post Theologia  
lico nupsit. Cujus viri laudes  
saltem & levi quasi brachio, su  
enarrare instituerit, dies hic i  
prius, quam ad umbilicum ren  
ret: proinde silentio eas propt  
atem, laborum ipsius grandita  
assiduitatem, & de quolibet ho  
bene merendi studium, promptu  
volentiam involvere cogor. Ip  
quam præclara ipsius scripta & di  
numenta, omniq[ue] æternitate e  
brationes nomen ejus ad astra u  
ad utrūq[ue] mundi latus perpetui  
rint. O dulcem igitur LUBINI n  
O nomen Ejus perpetuâ recorda  
felicem ipsum atque beatum. E  
liberos decem septem filios & tre  
filii duo superant, cæteri jam olin

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

Patch Reference numbers on UTT